



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opera S. Matris Teresae De Iesu Carmelitarum Discalceatorum et Discalceatarum Fundatricis

In duas partes distincta

Teresa <de Jesús>

Coloniae Agrippinae, Anno MDCXXVI [erschienen] M.DC.XXVII.

Prooemium S. Matris

urn:nbn:de:hbz:466:1-37974

V I T A

S. MATRIS TERESÆ DE IESV,
QUAM SVA IPSA MANV. CONFESSARII IVSSV,
cui hanc ipsam mittit, & Dedicat, conscripsit.

P R O O E M I V M.

VELLEM equidem, vt, quemadmodum superiores mihi præceperunt, & plenam potestatem fecerunt, vt & orationis modum & quas à Domino recepi gratias, scripto committerem; sic eandem fecissent, ad enormia mea peccata, & vitam sceleratam sigillarem, & clarissimè aperiendam permagna hoc mihi, fateor, fuisset consolatio; sed hanc ipsi mihi dare facultatem noluerunt, quinimo valde me hac in re restrictam esse iusserunt. Hanc ob causam, per Dei amorem rogo, vt, quicumque hunc vitam meam discursum leget sibi ob oculos ponat, hanc ita improbam fuisse, vt ex omnibus, qui ad Deum se conuerterunt, sanctis, nullum omnino inuenerim, qui suo mihi exemplo esse solatio possit. Video enim eos, ex quo à Domino vocati sunt, exinde ad eum peccatis offendendum non rediisse: ego verò, non solum factus sum peior, verum etiã gratias, quas à diuina eius Maiestate accipiebam, studio & data opera visa sum resistere; quod me ad magis ei seruiendum cernerè obligari, & me ipsa intelligerem non posse & deberem minus quam debebam, persoluere. Sit in æternum ipse benedictus, quod tanto me tempore expectarit: quem ex toto corde meo obsecro, mihi vt gratiam concedat, ad hanc vitam meam narrationem (quam & mei mihi Confessarij iniunxerunt, & ipsemet Dominus iam pridem, vt quidem scio, conscribi voluit, sed quam ego hactenus aggredi ausa non sum) eam quã par est claritate & fide faciendam; deinde vt hæc in gloriam & laudem eius cedat, tum vt Confessarij posthac melius me perspectam habentes, imbecillitatem ac debilitatem meam adiuuent, quo eorum, quæ Domino debeo plurima, aliquid prestare possim, quem omnia creata iugiter laudent ac benedicant. Amen.

S.
Theresia

Opera
N. VI
156

VITA